



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

III. Homines æmulari Perfectiones Dei admirandas; eas vere quæ ad imitationem propositæ sunt, auersari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

C A P. III.

Homines amulari PERFECTIONES Dei admirandas: eas vero quæ ad imitationem propositæ sunt, auersari.

ENimvero contingit non raro, homines, qui se PERFECTIÖNIS studio teneri ac salutis zelo duci arbitrantur, cum de reformatione imaginis suæ agitur, non ea in Deo quærere, quibus Deo similes euadant: sed ea sectari dumtaxat atque ambire, quæ soli Deo conueniant maxime: nempe imitantur ea, quæ suspicere deberent: quæ vero imitanda veniunt, tamquam humilia despiciunt atque contemnunt. In Deo sunt Maiestas, Celsitudo, Imperium, Dominium rerum omnium, Nobilitas, Diuitiæ sublimes, Felicitas, Gaudium, Vita sine fine duratura. Illi Maieſtati, tamquam primo principio, finique ultimo, debetur laus, honor, gloria, amor, obedientia, reuerentia.

2. Hæc homines imitari non renuunt, & in se exprimere, si possint: in his Deo quam simillimi esse cupiunt, titulos Maieſtatis, Celsitudinis, Dominationis, Principatus ambientes; quare D. Bernardus exclamat: *O peruersitas! ô abusio filiorum Adæ! quia cum ascendere difficillimum sit, descendere autem facillimum: ipsi & leuiter ascendunt, & difficilius descendunt, parati ad honores & celsitudines graduum Ecclesiasticorum ipsis etiam Angelicis humeris for-*

Perperam imitantium Dei Perfectiones formula.

I.

D. Thom. l. de diuinis moribus parag. ultimo.

Serm. 2. de Ascens. Domini.

ris formidandos. Ad sequendum autem te, Domine Iesu, vix inueniuntur qui vel trahi patiantur: qui velint duci per viam mandatorum tuorum. Hæc Bernardus. Heu quot bella ob huiusmodi fumum suscepta! quot centena hominum millia trucidata! quot vrbes euerſæ! quot profusæ opes, pauperum vsib. opportuniores! Vnde enim bella & lites in vobis! nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris? concupiscitis, & non habetis; occiditis & zelatis, & non potestis adipisci: litigatis & belligeratis, & non habetis. An hi ergo propterea, quia bella mouerunt, Deo similes euaserunt, & in sedes beatas cum diademate & purpura inuecti exceptique sunt? Hoc olim dixerat Lucifer: In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Heu quâ Deo & forma, & loco, & moribus dissimilis est! Et primus Parens, simili motus insania, similitudinem Dei appetiit. At quam alius vel etiam à seipso euasit! Et tu, Nabuchodonosor, qui diuinitatem tibi soli arrogabas, quâ procul à deitatis gloria excidisti! Ita est, ita est: mentiri veritas non potest. Qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. & Superbum sequitur humilitas: & humilem spiritu suscipiet gloria. Sequitur enim: Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo: In cælum conscendam, sedebo in monte testamenti. Verumtamen ad infernum detraheris, in profundum lacu. Adæ quoque dixit Deus: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum. Certe cum in honore esset, non intellexit:

Luc. 4.

Ruina superbia, quæ Deo homines facit dissimiles. Isaiæ. 14.

Gen. 3.

Dan. 4.

I. u. c. 14.

Prouer. 29.

Isaiæ. 14.

Gen. 3.

Psal. 48.

comparatus est tumentis insipientibus, & similis factus est, non Deo, sed illis Contra Nabuchodonosor vero detonuit Daniel: Cum bestiis ferisque erit habitatio tua, & fenū quasi bos comedes, & septem tempora mutabitur super te, donec scias quod dominetur Excelsus in regno hominum. Dan. 4.

3. Affectant quoque mortales nobilitate excellere, nulli subesse, imperare quam plurimis florere diuitiis, perpetua voluptate perfundi, & ea, quæ ne honesta quidem est, felicitate quantumvis transeūte beari, atque in his æternitatem optare. Cur ita? hæc nempe in Deo sunt, cui quo similiores, eo perfectiores sumus. Cerebri ex illis hoc argumentum est: nã & fatui, Principes haberi volunt: & galli gallinacei, omnibus dominari. Verum non huiusmodi PERFECTIONES diuina ad imitandum propositæ sunt. Quæ igitur? Inspice, & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Dicit vero viuum exemplar: Exod. 25.

Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & non erit opus multis contentione, bellis, & denique humilatione, sed inuenietis requiem animabus vestris. Discite à me, inquam, non mundum fabricare, non cuncta visibilia & inuisibilia creare: sed quia mitis sum, & humilis corde. August. serm. 10. de verbis Domini sub initium.

4. Falleris quoque, si, quia Deo laus & honor debetur & gloria, putas tibi fas esse laudes tuas promulgare, aut ab aliis procurare, vaneque gloriari. Ego, ait, primus & nouissimus: ego Dominus, hoc est nomen meum: gloriam meam alteri non dabo. Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est. Quid ergo superbis terra & cinis? Re-

Gen. 3. cordare tibi dictum: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Soli ergo Regi seculorum immortalis, inuisibili, soli Deo honor & gloria in secula: nobis autem confusio faciei. Si vero gloriari cupis, gloriare in Domino. ait Apostolus. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est sed quem Deus commendat, Glorifica ipsum, & ipse honorabit te. ait enim: Quicumque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

Dei amor erga humiles.

5. Deus enim similis est parenti cuidam optimo, qui & si plures filios habeat, quos vnice diligit, lubentius tamen adest paruulis, quos amore teneriore prosequitur: & si quem infirmari audiat, accurrit, & quantum potest solatio est, verbis, praesentia, ope, & opera: & si petatur ubi gentium assidue parens ille detineatur, dicetur, infirmo semper adesse, assistere paruulis, eisque colludere. Ita & Deus, etsi vbique sit, tamen ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones eius respicit: vocansque paruulos, *Sinite, ait, paruulos & nolite eos prohibere ad me venire. Venite, inquam, ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Non est ergo mirum, si tam sublimis Pater, tam excelsus Dominus, humilia respiciat, quia adest laborantibus & oneratis. Fallimini, o elati animo, si Deum occupatum altissimis caelorum sedibus rati, sublimes illuc oculos intenditis: videri non potest ab elatis mortalium oculis. Quæritis ergo ubi sit? Ludens ait, *in orbe terrarum, & delicia mea cum filiis hominum.*

Prov. 8.

Vul-

Vultis scire ubi sit? Iuxta est Dominus iis qui tribu- Psal. 33.
 lato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Sa- Psal. 146.
 nat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Do- Psal. 145.
 minus soluit compeditos, Dominus illuminat cecos. Pro Psal. 144.
 pe est Dominus omnibus inuocantibus eum omnibus in- Psal. 118.
 uocantibus eum in veritate. Demissos humilis in- Prou. 3.

tuetur, & intellectum de paruulis, & cum simplici-
 bus sermocinatio eius. Vos cominus intueri non po-
 test: sed quia altiores corda extulistis, vertice cœ-
 lum attingētes, cogitur vos à longe prospicere. Psal. 137.
 Et si enim Excelsus, sit Dominus, humilia tamen re-
 spicit, & alta à longe cognoscit.

6. Appetis ergo titulos, honores quæris & Christus
 gloriam, imperia ac dignitates? Deum non quomodo
 imitaris: qui vult vt omnia facias secundum Rex hic esse
 exemplar quod tibi in monte monstratum est. De quo voluit.
 cum tinctus esset aqua in Iordane à Ioanne, ipse Matth. 3.
 ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene compla-
 cui: ipsum audite. Haud dubie, absque cuius-
 quam iniuria, titulos ac dignitatum decora si-
 bi vindicare potuisset adhuc inter homines
 mortalis. Quid ni? nam Deo mandante Ange-
 lus matri eius quippiam de regno insinuaue-
 rat, vnde decepti Apostoli arbitrati sunt esse
 regnaturum. Hic erit magnus, & Filius Altissimi voca- Luc. 1.
 bitur: & dabit illi Dominus Deus sedem David pa-
 tris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternum, &
 regni eius non erit finis. Rex ergo erat. Om-
 nino Rex, & Regis magni Filius, qui se ideo
 tributum soluere non debere Diuuo Petro asse Matth. 17.
 ruit. Nihilominus noluit regnum suum esse Ioan. 18.
 de hoc mundo: & cum eum Regem Iudæi

- Psal. 2.* vellent eligere ac constituere, fugit; ratus se eū Regem esse, de quo Regius Propheta: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, pradicans praeceptum eius.* Quod confirmavit respondens Pilato interroganti, *Ergo Rex es tu? Tu dicis quia Rex sum ego: ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.* Huius nominis speciositate delusi vanaque spe lactati Apostoli, Christo regnum Israeliticum restitutum iri putauerunt. Iis quoque ambientibus principatum in restauratione regni Dauidici, *aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum.* Alias vero à filiis *Matth. 20.* Zebedæi cognatis suis ambientibus, iure propinquitatis, primam & secundam regni sedem, petiit, *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum quasi dica: Regnum meum in hoc consistit, sicut & dignitates eorum qui mihi obsequentur, non ut purpura induti nationibus imperemus, sed ut passionum calicem hauriamus, ac moriamur.* Ante passionem, contendentibus Apostolis quis eorum maior esset, benigne quantumuis importunis & intempestiuis respondit: *Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur: vos autem non sic sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui praefor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.* Deniq; paulo ante eius ascensionem iisdem sollicitis ac quaerenti-

Luc. 22.

rentibus, Domine, si in tempore hoc restitues regnum
 Israel: respondit: Non est vestrum nosse tempora vel *Act. 1.*
 momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: sed acci-
 pietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos. &
 eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa & Sa-
 maria, & vsque ad vltimum terra. quasi dicat: Co-
 gitatis de stemmatibus & splendore regni cuius-
 dam curiæ; ego vero de regno spirituali, cuius
 consummatio erit post supremam resurrectio-
 nem. Sed non est vestrum id temporis nosse. Co-
 gitate de cruce, contumeliis, martyrio: quia de-
 betis mihi esse testes coram aduersariis meis, qui
 me crucifixerunt, & vsq; ad terminos terre & hoc
 ipsum in hoc mundo mihi vobisq; regnare est.

7. Inuisum ergo Domino regnandi semper *Regni no-*
 fuit nomē, ne ambitio fidelium animos occupa- *men Chri-*
 ret. Vnde mirum non est, si sollicitatus à Satana, in *sto mortu-*
 monte præcelso omnia regna mundi & gloriam *li inuisum.*
 eorum ostentare, diuino honori vniuersa postha- *Matth. 4.*
 buerit, dicēs: Dominum Deum tuum adorabis, & illi so-
 li seruias. Et id quidem fecit vt nos exemplo suo
 instrueret, nec gloriam immensam, nec omnia or-
 bis regna hominem mouere debere ad ambi- *Ambitio*
 dos titulos, q̄ in hac peregrinatione parum pro *detestanda*
 sūt: obsūt vero maxime, si cum Dei iniuria ac-
 quirantur; tantumq; abest vt nos Deo similes fa-
 ciant, atq; perfectos, vt potius subinde defectuo-
 sos, monstruosos, & satanæ q̄ simillimos reddant
 Quod D. Bernardus Eugenio Papæ sedulo in-
 culcat, ita scribēs: Sed est insipientia quæ ipsam quoq;
 iam propemodum stultam fecit sapientiam fidei. Quomodo *Lib. 3. de eccl.*
 & Ecclesiam pane totam hoc virus infecit! nam dum quis *fid. post ini-*
tium.
 qua

quæ nostra sunt querimus, sit vt inuicē inuidētes, inuicem prouocantes, exerceamur ad odia, animemur ad iniurias, armemur ad lites, cauilemus ad dolos, feramur ad detractiones, prorumpamus ad maledicta; opprimamur à fortioribus, opprimamus infirmiores. O ambitio, ambientium crux! quomodo omnes torquens omnibus places? nil acerbius cruciat, nil molestius inquietat, nil tamen apud miseros mortales celebrius negotii eius. An non limina Apostolorum plus iam ambitio quam deuotio terit? Hæc & plura Bernardus.

*Ambitio
spiritualis.*

8. Est & alia æmulatio, & quidem inter perfectos, quæ tamen non paruam imperfectionem arguit. Detexit illam Beatus Paulus, cum, diuini Spiritus allatis gratiis, propensiores nonnullos esse declarat ad ea quæ admirationem pariunt, quam quæ sanctitudinem. Numquid omnes Apostoli? numquid omnes Prophetæ? Numquid omnes Doctores? numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur? Hæc enim speciosa sunt, & coram plebeiis sanctitatis præferunt illustrem imaginem. Apostolus tamen hæc postponit solidis virtutibus. *Æmulamini, inquit, carismata meliora. Quæ meliora? En, ait, adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Quam? Viam perfectæ caritatis. Si enim linguis hominum loquar, & Angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiã, & uouerim mysteria omnia, & omnem scientiã, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si*

1. Cor. 12.

Ibidem.

1. Cor. 12.

& si tradidero corpus meum ita vt ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

9. Quæ ergo sūt illa carismata meliora? quæ Perfectiones nobis ad imitadū propositæ? Respo quædam esse quib. Christus vult nos conformari Patri suo cœlesti: deinde quæ in se ipse expressit: denique quæ Apostoli in Christo obseruauerunt ac didicerunt. *Perfectio-
nes Dei à
Deo, à Chri-
sto, ab Apo-
stolis peten-
da.*

1. A Deo. *1. A Deo.
Matth. 5.
Luc. 6.
Matth. 5.*
Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est. Sed qua ratione? Estote misericordes, sicut & Pater vester cœlestis misericors est. Ego dico vobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexterā maxillā tuā, prabe illi & alterā.

Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: vt sitis filij Patris vestri, q. in cœlis ē q. solē suū oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hęc nos Patri nostro cœlesti cōformes faciūt.

2. A Chri-
sto. *2. A Chri-
sto.
2. Pet. 1.
Matth. 3.
Luc. 9.*
10. Iussit & Pater cœlestis vt Filiū eius audiamus: nepe in monte Thabor voce delapsa ad eum (ait Petrus) à magnifica gloria: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite. Quib. verbis ipsum oculis nostris exemplar constituit, ad imitandum quidquid in eo conspexerimus, aut ab eo audierimus. Clamat ergo Christus: Ego sū

lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Si quis vult post me venire, abneget semetipsū, & tollat crucē suā, & sequatur me. Qui amat animā suā perdet eā: & qui odit animā suam in hoc mūdo in vitā eternā custodit eā. Qui mihi ministrat, me sequatur. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia q. habes, & da pauperib. & habebis thesaurū in cœlo: & veni, sequere me. Si quis venit ad me, & non odit patrē suū, & matrē, & vxorē, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam

suam,

suam, non potest meus esse discipulus: & qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum caelorum, Qui potest capere, capiat. Denique. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. His omnibus consilia, quibus PERFECTIO comparatur, exposuit: vt, qui inter eius discipulos annumerari velit, exuat se mundo, diuitiis, amore sui, libertate proprii corporis, his omnibus aliisque rebus se abdicet, quibus aliqui licite vsurus fuisset: inducat vero eorum loco odium sui, abnegationem propriae voluntatis, iudicij, totiusque animi, quem subiicere debet Superiori, vt Christi vicario: nullam deniq; in hoc saeculo beatitudinem reputet aliam, quam multa pati, Domini sui instar & causa, dicentis:

Matth. 19.
Luc. 10.

Matth. 5. Beati eritis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis.

II Apostoli quoque, quae in Magistro suo viderunt & obseruarunt, imitati sunt, & nos ad eorum imitationem prouocarunt. In primis Diuus Paulus. Imitatores (inquit) mei estote, sicut & ego Christi: aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem: vt ne fatigemini, animis vestris deficientes. Scribens vero ad Corinthios, cum dona quaedam admiranda (vti diximus) quibusdam à diuino Spiritu comunicata, in vtilitate

cor-

corporis Ecclesiæ, exposuisset: videretque nonnullos propensiores esse ad æmulationem taliū donorum, quam illarum virtutum, quæ non admirationem, sed perfectionem pariunt *Æmulationi*, ait, *charismata meliora: & adhuc excellentiorē viam vobis demonstro.* insinuans caritatem esse & consummationem & vinculum *PERFECTIONIS* quod virtutes omnes in se quodammodo contineat, finisque sit virtutum omnium: quorum officia omnia ad se rapit & exercet, & velut catenam quandam virtutes cæteras aggregat, annectit, atq; conglutinat: iisq; & hominum lūbos præcingit, corpus induit & componit, capiti gratiam addit, & instar totius collum adornat: hominum animos denique sic colligat atque constringit. vt *multitudinis credentium sit cor vnum, & anima vna*: omnes vnum sint in Deo & cum Deo: vnde idem Paulus ait: *Caritas patiens est, benigna est: caritas non amulatur, non agit peperam, non inflatur non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat omnia sustinet.* Nunc autem manent fides, spes, caritas: tria hæc: maior autem horum est caritas. Quod vno verbo dici potest: Caritas aduersatur omnibus vitiis: omnium virtutum imperat atque exercet officia. Apostolus vero hic præcipuarum virtutum nomina complexus est, & quidem Theologicas (quas vocant) expresse: nempe fidem, spem, & caritatem: cæteras tacite posuit. Vnde merito de ea dici potest, quod Sapientiæ octauo: *Sobrietatem enim & prudentiam docet, & iustitiā, & virtutē seu fortitudinē, quib. vtili nihil est in vita*

I. Cor. 12.

Col. 3.

I. Tim. 1.

I. Cor. 13.

Pross. 1.

Act. 4.

Ioan. 17.

I. Cor. 13.

Virtutes

Theologicae

fides, spes,

caritas.

Sap. 8.

vita

Cardinales vita hominibus. Hæ sunt virtutes principales, & *Amb. lib. 1.* velut ceterarum fundamentum & cardines: id-
Offic. c. 14. circo & Cardinales vocantur à Diuo Ambro-
Prosp. lib. 3. fio, Prospero, Gregorio Magno. Diuus Augu-
de vita stinus tropologice has virtutes explicans, eas si-
contem- gnificari vult per quatuor flumina Paradisi; sic-
plat. c. 18. ut & Diuus Ambrosius libro de Paradiso: nam
Greg. lib. 2. & paradisum Ecclesiæ irrigant, & omnes riui de
Moral. c. 36 & paradisum Ecclesiæ irrigant, & omnes riui de
Aug. lib. de currentes ex iis promanant. Ceteræ enim vir-
Genesi con- tutes morales ex his profluunt, tamquam par-
tra Mani- tes, vel subiectiæ, vel potentiales, vel integra-
chaos. les. De his Apostoli variis locis prolixè tracta-
Amb. lib. runt in Epistolis suis: vti idem Apostolus: *Exhi-*
de Parad. c beamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa pa-
3. tientia, in castitate, in scientia, in longanimitate, in
Earum par- suauitate. Et Princeps Apostolorum: *Subiecti esto-*
tes. te omni humanae creaturæ propter Deum, siue Regi,
2. Cor. 6. quasi præcellenti, siue Ducibus, tamquam ab eo missis.
1. Pet. 2. Omnes honorate: fraternitatem diligite: Deum time-
te. Regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis: non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniuste. Quæ enim est gloria, si peccâtes & colaphizati suffertis? sed si bene faciêtes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum: in hoc. n. vocati estis. Hæc pauca de multis vt fûdamêta pfectionis acquirendę saltē attigisse sufficiat.

12. Hæ sunt Dei Perfectiones, in eius Filio Iesu Christo vera Dei imagine impressæ, nobis ad imitandum propositæ: non autem prophetare, loqui linguis, miracula facere, dominari populis, rapî in tertium cœlum. Id enim à nobis non

non exigit Dominus in die iudicii; multiq; dicent: Nonne in nomine tuo prophetauimus, demonia eiecimus, virtutes multas fecimus? Quibus Deus respondebit: Numquã noui vos. Discedite à me, qui operamini iniquitatem. Matth. 7.

13. Finem ergo loquendi, ait Sapiens, pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius obserua: hoc est omnis homo. Et Christus: Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Eccle. 12.
Luc. 6.

C A P. IV

Deum esse PERFLECTIONIS auctorem.

HAud erit iam difficile statuere, Deum esse PERFLECTIONIS auctorem: cum constat esse auctorem rerum omnium, & in primis naturæ, quæ subiectum esse debeat PERFLECTIONIS: ut ne in minimo quidem quisquam gloriari possit, ac dicere, *Manus nostra excelsa, & non Dominus, fecit hæc omnia.* Deus auctor est Perfectionis.
Quid enim habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creauit, Deus est. Deut. 32.
1. Cor. 4.
 Sed & si quid præstans est in natura, sunt illæ animæ potentia, intellectus & voluntas. Deus autem in utero matris & corporis partes format, & animam pro suo arbitrio creat, & vnit corpori: nec pèdet à generis nobilitate, Deus auctor naturæ.

C sed